Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula XIII. De quocunque affirmatur vel nagatur definitio, de eo etiam definitum. Et contrat De quocunque affirmatur vel negatur etiam definitio

urn:nbn:de:bsz:31-102400

Visual Library

REGULA XIII.

De quôcunque affirmatur vel negatur definitio, de eô etiam definitum. Et contra: *De quôcunque affirmatur vel negatur definitum, de eô affirmatur vel negatur etiam definitio.*

Ita cùm Theologia ſit qualitas, perficiens potentiam naturalem, nempè intellectum, comparata crebris actionibus, quæ eſt definitio habitus mentis acquiſiti, negari non poteſt, eam habitum eſſe, & quidem mentis, acquiſitum. Invidia eſt dolor perceptus ex rebus ſecundis viri boni, & propterea invidus eſt is, qui dolet propter res ſecundas viri boni. Hæc definitio cùm viro bono non conveniat, vir bonus non erit invidus. Sed in hisce immorari opus non eſt, cùm à pueris etiam intelligantur.

REGULA XIV.

Quicquid affirmatur vel negatur de definitione, affirmatur vel negatur etiam de definitô. Et contra: *Quicquid affirmatur vel negatur de definitô, affirmatur vel negatur etiam de definitione.*

I. Inquis: De definitione affirmatur, quod explicet definiti eſſentiam, quod ſit notior definitô. At de definitô id dici nequit: definitum